

stori humeris, quem enim Deus videt maximo honore, ac incremento extollit. Zachæus hanc habuit felicitatem, ut cum videret Iesus, suscipiens vidit eum. Luc. 19. num. 5. Antequam eum vocaret ad se, eiusque domum omni gloriæ dono repleteret, prius vidit eum. Ipse visus extitit tanquam ianua parans ingressum ad omnia gloriæ bona. D. Chrysol. logus serm. 54. Deus, quem videt, ait, non ut ignorans agnoscere cupit, sed ut sciens ad gloriam vult videre.

Chrysol.

106.

Hieron.

Secundò. D. Hieronymus epist. de duobus filiis, postquam proponit nostrum dubium, sic ait: Hæc inter parabolas supradictas ratio distinctionis est, secundum personas, vel mentes peccantium, ut pater filium non requirat peregrinantem, sed recipiat penitentem. Pastor vero ovem errantem, & non sapientem reverti, requirat, & humeris suis referat. Pastor cælestis ubi primum notavit ovem amissam, statim pergit in desertum, & ipsam inuentam humeris suis reportat ad gregem. At verò bonus pater cum bene agnovisset filium perditum, illum non querit, nec adducit in domum suam. Ut pater filium non requirat peregrinantem, sed recipiat penitentem; pastor vero ovem errantem, & non sapientem reverti requirat. Filius intellectu, ac ratione pollens, ovis verò brutissimum, ac insipientissimum animal. Deus sapientes, & ignorantem saluat; à sapientibus tamen maiores diligentias expectat, quas tamen ipse in insipientibus supplet. Qui filius est, curet quantum in se ipso est, ut à peccato surgat, & ad patrem vadat, non expectet, ut pater ad illum veniat, & humeris suis portet, hoc enim ipse præstat rudibus, & insipientibus. Iustus, ac filius Dei ait David. Psalm. 68. n. 33. Querite Deum, & vivet anima vestra. Omni affectu, ac studio, ut nunquam à quærendo desistentium sit, ut explicat D. August. N. Incognitus, Treuetus, & alij. At verò de se ipso ait: Erravi sicut ovis, que perierat: quere servum tuum Domine, Psalm. 118. num. 176. Inde à Deo queri exorat, quia non sicut filius, ac homo sapiens, & intelligens, sed sicut insipientem ovis extra proprias caules prævagaverat, inde ait tanquam ad benignum pastorem. Quere servum tuum Domine.

Sapientes, & docti ad maiora tenentur, quam ignorantibus.

Psalm. 48.

August.

Incogn.

Treuet.

Psalm. 118.

107.

Chrysol.

Tertiò. Inter parabolas supradictas ratio distinctionis est, secundum personas. Filius multa maiora dona recepit à patre, quam ovis à pastore; recepit enim filius ab ipso eius substantiam, intellectum, rationem, & alia multa dona, & cum tantis donis esset cumulatus, ad multa maiora tenebatur, quam ovis, ut quærens patrem nullo labori, ac itinere parceret; ex multis donis acceptis magna infurgit obligatio, ut quis in obsequio persolvendo nihil prætermittat, sed valde sedulus omnia exhibeat.

108.

Ioan. 4.

Luc. 7.

Christus Dominus longo itinere querit Samaritanam. Reliquit Iudæam terram, oportebat autem eum transire per Samariam, venit ergo in civitatem Samariæ, &c. Ioan. 4. num. 3. At verò Magdalena expectat, ingredientem conivium, ut cognovit, quod accubisset in domo Pharisæi, utulus alabastrum unguenti, stans secus pedes eius, lachrymis cepit rigare pedes eius, Luc. 7. num. 37. Samaritana multis erroribus Samaritanorum scd data, ut dixi, cap. 5. quæst. 16. tom. 2. tanquam ovis oberrans extra Domini caulas vagabatur. At Magdalena, etsi veluti prodigus lasciviæ dedita, in vera Dei cognitione versabatur. Mulierem Samaritanam tanquam ovem errantem querit Dominus, ut suis veluti humeris, ac manibus suscipiat, ut ducat

Ex maiori dono accepta maior exortitur obligatio.

ad gregem, seu ad fidem, Magdalena verò veluti filius sapiens in vera doctrina Domini enutrita ad maiora tenebatur, ut Dominum quæreret, ac suæ salutis occasionem arriperet.

QVÆSTIO XV.

Quare pater vidit filium à longè veste squalidum, & fame pereuntem, & ante eius vocem ei occurrit?

NOTANDUM est in exordio quæstionis, quod dicitur in textu, quod prodigus surgens venit ad patrem suum, cum autem longè esset, vidit illum pater ipsius. Ad patrem venit, quomodo ergo adhuc à longè erat? Si iam venit, adhuc à longè non est, & si à longè est, adhuc non venit. D. Chrysol. logus serm. 3. sic ait: Quomodo longè est is, qui venit? Quia nondum pervenit. Venit ad patrem, sed quia non pervenerat, à longè erat. Multum distant venire, & pervenire; venit, quia iam cursum tenebat, nondum pervenit, quia nondum accesserat, & appropiaverat, & quando non accessit à longè erat, quando via non est terminata, & res non est absoluta, à longè est, ut dicatur facta; licet enim negotium fiat, quando tamen non est ultimo sui apice perfectum, à longè est, ut dicatur completum, & absolutum.

109.

Chrysol.

110.

Chrysol.

110.

Chrysol.

111.

111.

112.

112.

112.

Euthym.

Ad quæstionem respondet primò D. Chrysol. logus citato serm. 3. Pater, ait, vidit illum, ut ille patrem posset attendere: patris visus illustravit filij venientis aspectum, ut tota fugaretur obscuritas, que circumfusa fuerat de reatu: nisi ergo cælestis pater radiasset redeuntis filij in vultu: & totam confusiois caliginem respectus sui lumine sustulisset; nunquam divini cultus vidisset iste filius claritatem. Non dicitur, quod prodigus viderit patrem, sed magis, quod à patre ipse fuerit visus, in quo tota extitit eius felicitas, ut à parentis visu noxa expelleretur, peccata fugarentur, ipseque fieret alacris, ut curreret ad viam salutis, & ad patrem perveniret.

Secundò. Prodigus venit ad patrem, & necdum loquitur, nec clamat, & tamen pater multo benignitatis aspectu ei occurrit; clamanti autem Chananææ obdurat aures, interponit moras, unde ei dictum est à Christo: Non sum missus nisi ad oves, que perierunt domus Israel, Matth. 15. num. 24. Et iterum: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Unde tanta differentia? Chananæa inter Gentilium errores vivebat, & nunquam inter filios Dei, ac domesticos eius annumerata fuerat. At prodigus, etsi à domo patris recesserat, & alienatus factus fuerat, tamen vnus extiterat ex filiis eius, in domo Dei patris natus, ac enutritus: unde post tam largam perditionem in se reuersus, de suæ pristinæ educationis odore, antiquarumque virtutum imbutione obtinuit, ut patrem facilem, promptum, ac sibi benigne occurrentem inueniret.

Tertiò. Euthymius: O visum compatientis acutissimum? Simul ut quis respicere in animo cogitavit, hunc etiam simul ipse vidit; paratus semper ad eorum, qui convertuntur, susceptionem, & ab exordio statim penitentia illos recipiens. Longè erat miser adolescens à Deo patre, in regione peccati constitutus, & nihil adhuc ipse petierat, & locutus fuerat patri, sed tantum habuit voluntatem petendi, medita

109.

Chrysol.

110.

Chrysol.

110.

Chrysol.

111.

111.

112.

112.

112.

Euthym.

meditatusque est petitionem, ac confessionem; Dicam ei, Pater peccavi, &c. Non petit, sed cogitat petere, dicam ei. Et tamen multa benignitate, ac misericordia occurrit ei Pater, dans oscula, & amplexus; ex eo quod ipse in suo corde concepit suorum peccatorum detestationem, ac penitentiam, statim in primo gemitu cordis, in primoque illius cogitatu exaudit Pater, & occurrit hominem excipiens; non enim Deus multis vocibus, ac clamoribus indiget, ut accurrat, cum semper paratus sit ad conuersos peccatores excipiendos. D. Ambrosius in præsentia. Occurrit tibi, ait, qui audit te, intra mentis secreta tractantem. Et cum adhuc longè sis, videt, & accurrit. D. Nyssen. de orat. Domin. Ad se reuersus penitentia verba meditari cepit; Pater peccavi in calum, & coram te: quapropter etiam eiusmodi confessionis meditatio aditu facilem ei patrem effecit, adeo ut etiam occurreret ad eum. Expende verba, confessionis meditatio aditu facilem, &c.

Deus promptus, ut occurrat penitentiam cogitanti.

Ambros.

Nyssen.

113.

Psalm. 31.

Deus velocissimus, ut hominem exaudit.

114.

Luc. 23.

114.

Luc. 23.

Tardius votum petentis, quam Dei exauditio.

Ambros.

115.

Græcus.

Ait David: Dixi, confitebor aduersum me, & tu remisisti iniquitatem peccati mei, Psalm. 31. num. 6. Apud cor suum statuit David: Dixi confitebor, ac decretum fecit, ut confiteretur suum peccatum, ac iniustitiam suam, & statim subdit delicta sua esse remissa. Et tu remisisti iniquitatem peccati mei. Cur ipsa remissio delictorum non habet moras, quoadusque ex impulsu cordis vox exeat ore? Cur delicta condonantur, antequam vox consentientis prodeat ex ore? tam paratus est Deus ad exaudiendas nostras preces, ut velocius sit ipse in corde ad indulgendum, quam vox formetur in ore. Præclatè D. Augustinus: Dixi, pronuntiabo, & tu dimisisti, quia eo ipso quod dixi, pronuntiabo, ostendit, quia nondum pronuntiauerat. Dixeram, pronuntiabo aduersum me, verumtamen Deus audit vocem cordis mei. Vox mea in ore nondum erat, sed auris Dei iam in corde erat.

Cum latro penderet in cruce dicebat ad Iesum: Domine memento mei cum veneris in regnum tuum. Cui ait Dominus: Hodie mecum eris in paradiso, Luc. 23. num. 42. Postulabat ille sui memoriam, ac recordationem, cum Dominus introisset in regnum suum; Dominus verò non solum eius memoriam, sed etiam totum regnum ei pollicetur, antequam ipse in illud veniret. D. Ambrosius in Psalm. 37. Ille adhuc rogabat, ait, ut meminisset sui cum venisset in regnum, & Dominus cum nondum venisset, ei iam regnum cælestè tribuebat: quam velox misericordia. Tardius votum precantis, quam remunerantis est præmium. Velocius est Dei donum in nos, quam sit petentis votum, ac oratio: tardius votum precantis, quam remunerantis est præmium. Ille postulabat cum veniret, Dominus concedit hodie.

QVÆSTIO XVI.

Quare pater non interrogat de substantia perditâ, vel cur non curat de flagellis imponendis, sed tantum oscula exhibet filio?

PATER misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Cum dicitur misericordia motus, seu intus visceribus commotus, ut habet Græcus, parentis lachrymæ insinuari videntur, quod de suo mote in Sylveira in Euang. Tom. IV.

geniosè addubitans notavit D. Chrysol. logus serm. 64. Cælestis pater luxuriosum filium non quando abiit, sed quando recepit, tunc deplorat. Abcuntem filium in certam ruinam sicis oculis videt pater, redeuntem verò multis lachrymis excipit, cum certè plorare debuit, cum perdidit, & gaudere cum accipit. Cum filius abiit, alienatus est à patre, illius dilectionem exasperavit, affectum auertit, proindeque lachrymas fugavit; cum verò reuertitur humiliatus, ac penitens, melioraque sapiens lachrymas patris excitat, illi que amoris affectum prouocat, vis enim amoris in lachrymas prorumpere facit.

Chrysol.

Vis amoris in lachrymas prorumpit.

Ad quæstionem nostram, respondet Primò Ruricus lib. 1. epistol. 1. Filium percepta substantia decolorem læto suscipit amplexu, promptior pater gaudere de reditu, quam vnputare de lapsu. Denique non exprobrantur facinora, non luxuria, non egestas; sola conuersi reuersio omnia damna compensat, quia maior fuit proculdubio patri facultas reditus, quam rerum facultas. In quibus primò expende vltima verba, Maior fuit patri facultas reditus, &c. Optimo parenti, ac pastori præ omnibus bonis charior est persona filij, ac subditi, quam omnis suarum rerum substantia. Expende deinde illa verba, Sola conuersi reuersio omnia damna compensat. Valde mirum est, quod tanta benignitate amplexibus, ac osculis excipiat filium, cur non interrogat de substantia data, cur non exquirat à filio, in quibus tam ampla parrimonia sint consumpta? Cur de his, nec verbū facit? Sola conuersi reuersio omnia damna compensat. Cum pater vidit filium dolentem, ac penitentem de præteritis factis, ibi in ipso dolore, ac detestatione, vidit omnia damna recuperata, ac restaurata; hoc enim habet dolor de peccatis, quod non solum omnia damna restaurat, ac recompenfet, sed etiam in melius adducat, ac extollat. Quod etiam docet D. Chrysol. tomus homil. 10. in epistol. ad Roman. Qui, ait, pro perditâ impensa, pro tam longa peregrinatione à filio respicere debebat, usque adeo nihil horum fecit, ut illum, tanquam vita proba, tanquam fama esset incolumi, conspexit.

116.

Ruricus.

Prælati plerumque personam subditis, quam omnes res.

Penitentia omnia damna restaurat.

Chrysol.

117.

Chrysol.

Secundò. D. Chrysol. tomus homil. 10. de Penitent. Si verò, ait, pœnas cum dare oportuit, satis pœnarum, quod in aliena versatus est, dedit. Filium reuertentem squalidum, ac macie deturpatum amorosè, ac placidè ad oscula patet excipit, cur potius fugitiuum plagis non verberat, minacibus verbis non insectatur? Vel cur aliquam pœnam tantæ substantiæ dissipatori non imponit? Satis pœnarum quod in aliena versatus est, dedit. Magno sanè supplicio affectus est, quod tanta inedia, fame, oppressus est, quodque conspectu Iesus careret, ac à facie eius exularet. Dilecto suo ait anima sancta: Reuertere, similis esto dilecto mi, caprea, himnulo, cernorum super montes Berhel, Canticorum 2. num. 17. & statim subdit: In lectulo meo per noctes quasini, quem diligit anima mea, Canticorum 3. num. 1. Quid est quod de montibus ipsa ad lectulum descendit, quanam coniunctio inter montes & lectulum? Vbi enim ipsa vidit dilectum suum per montes abeuntem; seque cognouit præsentia eius carere, statim vi doloris, ac lachrymarum in lectulum cadit. Gillibertus Abbas serm. 1. in Cantic. De montibus illis, ait, ad conuallem lachrymarum, ad lectulum doloris relapsa est; quidam sic recider ipsa, ubi sic recedit dilectus suus? Recedente ipso, illa recidit ad lectulum doloris, & infirmitatis.

Domini absentia magni supplicium.

Cant. 2.

Cant. 3.

Gillibert.

VV 2

Tertiò.

118. Tertio. D. Chrysologus serm. 3. Sic pater, ait, indicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella. Delicta non videt vis amoris, & ideo pater peccata filij redemit osculo, clausit amplexu: ne nudaret pater filij crimina, pater filium ne fedaret. Pater sic curat filij vulnera, ne filio cicatricem, namum filio ne relinquat. Ex visa filij miseria creuit amor, & ideo pater de flagellis non curat, sed tantum intendit filij ignominiam delere; vnde occursum osculo, amplexu ipsum extollit pater, & nobilitat, vt nullam vulneris cicatricem, aut notam in filio relinquat.

119. Quarto. D. Chrysostomus homil. 4. in Lucam: Osculatur os eius, scilicet pater ait, per quod emissit de corde confessio penitentis exierat, quam pater letus excipit. Purus, & mundus pater oscula dat filij ori, quod porcorum siliquis fedatum erat, ac luxurie inquinamentis inseruierat. Antequam filius ad patrem accederet, verba confessionis protulerat. Pater peccauit in calum, & coram te. Quod autem peccati turpitudine inquinatum est, confessione sic abluitur, & mundatur, vt illi fiat Deus valde propitius, & benignus. D. Gregorius Nyssenus in Catena: Confessionis meditatio, ait, placauit patrem, vt obuiam iret ei, & oscula oris conferret.

120. Moriturus Iacob largissimam benedictionem super omnes filios suos Iudae vaticinatur, regnumque illi auspiciatur. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Genes. 49. num. 10. cur non potius tanta dignitas defertur Ruben primogenito, vel dilectissimo Ioseph, seu Benjamin: quid apparuit in Iuda, vt ad tantam dignitatem sublimaretur? Hoc habuit Iudas, quod delictum suum confiteri non erubuit, videns enim pignora nurui tradita, ea agnouit, & se maxime accusans, ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo, Genes. 38. n. 26. Iudas agnoscit delictum suum, ac confitetur, indeque obtinuit, vt inter omnes fratres ad regni culmen eueheretur, in typo eorum, qui apud sacerdotem peccata sua confiterentur, quod exinde gratia Spiritus sancti ad aeternum regnum essent sublimandi. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 48. Quoniam plerique, ait, delicta sua occultantes, alios condemnant. Hic autem seipsum condemnauit; eamque, quae stuprum admisit credebat, supplicio, & cruciati liberauit: ob eam causam haud iniuria regiam dignitatem est affectus. Maxime pro hoc argumento confirmando nota quod Iuda magnis encomiis a patre suo celebratur. Iuda te laudabunt fratres tui; manus tuae in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui, Genes. 49. num. 8. Iuda ob ingressum ad Thamar, quam scortum arbitrabatur, maxime erat vituperandus, quare igitur sic laudatur, ac scepro insignitur? vt insinuetur quod delicta confessa non contumeliis, sed praeclearis declamationibus materiam praebent. Philo Hebraeus lib. 2. allegoriar. ad initium: Iacob, ait Iudas confessori, non dona, sed laudes, hymnos, & cantiones attribuit, quibus celebratur a suis fratribus.

121. Accessit Iudas cum multis satellitibus in orto ad comprehendendum Dominum Iesum, cumque osculum ei dedisset, ait ei Dominus: Iuda osculo filium hominis tradis? Luc. 22. num. 48. Ad quid Domine tuo parissimo, ac sanctissimo ore impium traditoris nomen pronuntias? Videtur indecens summam tuam munditiam tam impuri hominis nomen habere in ore? Iudas Hebraeo idiomate, idem est, ac confitens; traditori obicit Do-

minus suum nomen, vt ex illius vi, ac significato ad confitenda peccata inducatur, vt per confessionem ex accepta pecunia veniam impetret, ac remissionem obtineat. D. Cyrillus catech. 13. Iuda, ait, osculo filium hominis tradis? Admonens eum per ipsius appellationem, Iudas enim vocatur confitens, argentum accepisti, consuere citò.

122. ad patrem meum, dicam ei: Pater peccauit in calum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Veniensque ad parentem suum duas primas partes orationis refert. Pater peccauit in calum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Tertiam tamen partem, fac me sicut vnum de mercenariis tuis, omnino praetermittit. Quae praesens est, cur orationem suam, quam bene memoriae mandata habebat, & forte saepe per iter repetierat, totam integram non profert, sed dimidiatam, & vltima verba, fac me sicut vnum de mercenariis, subtracet?

Respondetur primò. Quod hinc amplexus patris, illinc stupor, & lachrymae, ac singultus orationem interrupserint; vel vt exponit Ianfenius, quod pater orationem abruperit, dicens seruis: Cito proferte stolam primam. Deus ad audiendum finem orationis non expectat. Tertio. Quod Evangelista illa verba, fac me sicut vnum de mercenariis, vt dicta intelligenda reliquit; quod in multis mos est Scripturae. Iacobus statuit fratrem suum Esau in monte Sir conuenire, Genes. 33. num. 14. nec postea conuenisse refertur. Saul statuit se daturum Samueli quartam partem stateris, 1. Reg. 9. num. 7. & tamen postea non scribitur dedisse. D. Paulus se profecturum in Hispaniam, Rom. 15. num. 28. & tamen nunquam legitur venisse, quae omnia facta communiter supponuntur; sic & in praesenti.

Quarto. Beda, Pater occurrens, ait, non contentus unum concedere: pristina filiorum restituit dignitati, nec iam de mercede conductoris, sed de hereditate fecit cogitare parentem. Statuerat filius mercenariam conditionem a parente expostulare, tamen cum ipse humiliatus altam poenitentiam coram parente ostendat, dicens: Pater peccauit in calum, & coram te. Inde pater multa gratia, ac misericordia, & osculo pacis, ac amplexu caelestium donorum eum excipit, statimque foedam mercenarium conditionem in memoria abolere facit, eumque ad statum filiorum restituit, nec iam de mercede conductoris, sed de hereditate facit cogitare parentem; damna enim per peccatum illata per poenitentiam recuperantur, ac restaurantur, quod etiam notauit Ericus Abbas: Prodigus iste, ait, primò quasi famis cepit supplicia formidare, mox reuerti ad patrem volens, de statu mercenarij cepit cogitare. Postquam verò accurrens pater amplexatus, & osculatus est eum, oblitus status serui, oblitus & mercedem mercenarij, de sola iam hereditate sollicitus cepit esse parentis.

Quinto. D. Augustinus in quaestionibus Evangel. lib. 2. quaest. 33. sic ait: Non addit, quod in illa meditatione dixerat. Fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat; quod post osculum patris generosissime iam dedignatur. Cum adolescens inter porcorum siliquis degeret, viles, ac sordidas reuoluit mente cogitationes, optat fieri mercenarius seruus. At cum ad patrem venit, illiusque gratia, osculo, ac amplexu ad filij dignitatem restituitur, promptè vile mercenarium officium deponit, & generosos reseruit spiritus, vt ad alta euehatur, ad mensamque patris sedeat; cum ipse se a patre repulsum existimaret, humile mercenarium exambit officium; at verò cum se a patre gratia, fauore, ac honore nobilitatum animaduertit generose alta sapit, & querit. Ac si ipsa sublimitas dignitatis filij, in quam se videt restitutum, generosos ad virtutem, ac meritum intulit animos. Quod eleganter dixerit Cassiodorus lib. 3. variarum epistol. 10. Crescit, ait, in illo meritum, cuius manus datur officium. Non quia fiat homo alter honoribus, sed quia modestior efficitur, a quo conuersionis ordo modestior postulat.

Sexto. Caietanus: Non subiungit, ait, petitionem, quam tertio loco proposuerat, scilicet: Fac me sicut vnum de mercenariis tuis: quia non est in eodem statu nunc, in quo erat, quando proposuit hoc petere. Nam tunc fame urgente anhelabat panem: nunc autem amplexus, & osculatus a patre accurrens ad ipsum, tanquam absorptus a paterna benignitate, tanquam iaciens se totum in paternam gratiam, nihil petit, sed solum consistitur peccatum, & indignitatem. Prodigus cum fame esset oppressus, ac bene delicta sua agnosceret, vile seruum officium mente concipiebat. At verò ad patrem accedens, cum in ipso gratiam, & benignitatem, supra omne id, quod ipse cogitauerat, inueniret, ab ipsa patris clementia veluti absorptus, ac extasi raptus, nil postulat, sed omnem suum cogitatum in Dominum iactat, cuius tanta est misericordia, ac gratia, vt nostrum desiderium, ac votum longè excedat, ac superet.

Septimò. A patre non postulat fieri mercenarium, vt dixi tom. 3. cap. 35. quaest. 33. num. 232. Quia cum Prodigus reciperetur a patre osculo, ac amplexu, statim odoratus est caeleste conuiuium, quod ei a patre ordinabatur. Adde, vitulum iugatum. Proindeque cum ad mensam filiorum esset sublimatus, statim è mente seruili mercenarium status excidit; panis enim hic panis filiorum est, vt canit Ecclesia. Ait sponsus Canticorum 2. num. 2. Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias. Per spinas intelligunt peccatores, ac malos. Origenes homil. 3. ex quatuor. D. Gregorius lib. 1. moralium cap. 1. Theodoritus, Aponius, Philo Carpathius, Anselmus, D. Bernardus serm. 48. Ac si dicat sponsus, sicut candor puritatis est inter spinas, ac peccatores scilicet, ac prauos Christianos, sic mea dilecta est inter filias; quorsum tamen filiae spinis conferuntur? Si enim peccatorum aculei sunt plenae, iam filiarum decorem amiserunt, lenitas iustorum longè abest ab asperitate peccatorum. D. Augustinus in Psalm. 99. Quas dicis spinas, ait, ipsas filias, respondens spinas sunt propter mores suos, filiae propter sacramenta mea. Ipsi quidem propter delicta sua spinas sunt, virtute tamen sacramentorum Baptismi, Poenitentiae, ac Communionis corporis, ac sanguinis Christi, dilectissimi filij

Sylueira in Euang. Tom. IV.

V V 3 Luc. 15.

125. Quinto. D. Augustinus in quaestionibus Evangel. lib. 2. quaest. 33. sic ait: Non addit, quod in illa meditatione dixerat. Fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat; quod post osculum patris generosissime iam dedignatur. Cum adolescens inter porcorum siliquis degeret, viles, ac sordidas reuoluit mente cogitationes, optat fieri mercenarius seruus. At cum ad patrem venit, illiusque gratia, osculo, ac amplexu ad filij dignitatem restituitur, promptè vile mercenarium officium deponit, & generosos reseruit spiritus, vt ad alta euehatur, ad mensamque patris sedeat; cum ipse se a patre repulsum existimaret, humile mercenarium exambit officium; at verò cum se a patre gratia, fauore, ac honore nobilitatum animaduertit generose alta sapit, & querit. Ac si ipsa sublimitas dignitatis filij, in quam se videt restitutum, generosos ad virtutem, ac meritum intulit animos. Quod eleganter dixerit Cassiodorus lib. 3. variarum epistol. 10. Crescit, ait, in illo meritum, cuius manus datur officium. Non quia fiat homo alter honoribus, sed quia modestior efficitur, a quo conuersionis ordo modestior postulat.

Sexto. Caietanus: Non subiungit, ait, petitionem, quam tertio loco proposuerat, scilicet: Fac me sicut vnum de mercenariis tuis: quia non est in eodem statu nunc, in quo erat, quando proposuit hoc petere. Nam tunc fame urgente anhelabat panem: nunc autem amplexus, & osculatus a patre accurrens ad ipsum, tanquam absorptus a paterna benignitate, tanquam iaciens se totum in paternam gratiam, nihil petit, sed solum consistitur peccatum, & indignitatem. Prodigus cum fame esset oppressus, ac bene delicta sua agnosceret, vile seruum officium mente concipiebat. At verò ad patrem accedens, cum in ipso gratiam, & benignitatem, supra omne id, quod ipse cogitauerat, inueniret, ab ipsa patris clementia veluti absorptus, ac extasi raptus, nil postulat, sed omnem suum cogitatum in Dominum iactat, cuius tanta est misericordia, ac gratia, vt nostrum desiderium, ac votum longè excedat, ac superet.

Septimò. A patre non postulat fieri mercenarium, vt dixi tom. 3. cap. 35. quaest. 33. num. 232. Quia cum Prodigus reciperetur a patre osculo, ac amplexu, statim odoratus est caeleste conuiuium, quod ei a patre ordinabatur. Adde, vitulum iugatum. Proindeque cum ad mensam filiorum esset sublimatus, statim è mente seruili mercenarium status excidit; panis enim hic panis filiorum est, vt canit Ecclesia. Ait sponsus Canticorum 2. num. 2. Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias. Per spinas intelligunt peccatores, ac malos. Origenes homil. 3. ex quatuor. D. Gregorius lib. 1. moralium cap. 1. Theodoritus, Aponius, Philo Carpathius, Anselmus, D. Bernardus serm. 48. Ac si dicat sponsus, sicut candor puritatis est inter spinas, ac peccatores scilicet, ac prauos Christianos, sic mea dilecta est inter filias; quorsum tamen filiae spinis conferuntur? Si enim peccatorum aculei sunt plenae, iam filiarum decorem amiserunt, lenitas iustorum longè abest ab asperitate peccatorum. D. Augustinus in Psalm. 99. Quas dicis spinas, ait, ipsas filias, respondens spinas sunt propter mores suos, filiae propter sacramenta mea. Ipsi quidem propter delicta sua spinas sunt, virtute tamen sacramentorum Baptismi, Poenitentiae, ac Communionis corporis, ac sanguinis Christi, dilectissimi filij

Sylueira in Euang. Tom. IV.

V V 3 Luc. 15.

QUESTIO XVII.

Quare Prodigus non refert totam suam orationem patri, vt fieret mercenarius sicut statuerat?

122. STATUERAT apud se Prodigus. Surgam ibo ad patrem meum, dicam ei: Pater peccauit in calum, & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Veniensque ad parentem suum duas primas partes orationis refert. Pater peccauit in calum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Tertiam tamen partem, fac me sicut vnum de mercenariis tuis, omnino praetermittit. Quae praesens est, cur orationem suam, quam bene memoriae mandata habebat, & forte saepe per iter repetierat, totam integram non profert, sed dimidiatam, & vltima verba, fac me sicut vnum de mercenariis, subtracet?

Respondetur primò. Quod hinc amplexus patris, illinc stupor, & lachrymae, ac singultus orationem interrupserint; vel vt exponit Ianfenius, quod pater orationem abruperit, dicens seruis: Cito proferte stolam primam. Deus ad audiendum finem orationis non expectat. Tertio. Quod Evangelista illa verba, fac me sicut vnum de mercenariis, vt dicta intelligenda reliquit; quod in multis mos est Scripturae. Iacobus statuit fratrem suum Esau in monte Sir conuenire, Genes. 33. num. 14. nec postea conuenisse refertur. Saul statuit se daturum Samueli quartam partem stateris, 1. Reg. 9. num. 7. & tamen postea non scribitur dedisse. D. Paulus se profecturum in Hispaniam, Rom. 15. num. 28. & tamen nunquam legitur venisse, quae omnia facta communiter supponuntur; sic & in praesenti.

Quarto. Beda, Pater occurrens, ait, non contentus unum concedere: pristina filiorum restituit dignitati, nec iam de mercede conductoris, sed de hereditate fecit cogitare parentem. Statuerat filius mercenariam conditionem a parente expostulare, tamen cum ipse humiliatus altam poenitentiam coram parente ostendat, dicens: Pater peccauit in calum, & coram te. Inde pater multa gratia, ac misericordia, & osculo pacis, ac amplexu caelestium donorum eum excipit, statimque foedam mercenarium conditionem in memoria abolere facit, eumque ad statum filiorum restituit, nec iam de mercede conductoris, sed de hereditate facit cogitare parentem; damna enim per peccatum illata per poenitentiam recuperantur, ac restaurantur, quod etiam notauit Ericus Abbas: Prodigus iste, ait, primò quasi famis cepit supplicia formidare, mox reuerti ad patrem volens, de statu mercenarij cepit cogitare. Postquam verò accurrens pater amplexatus, & osculatus est eum, oblitus status serui, oblitus & mercedem mercenarij, de sola iam hereditate sollicitus cepit esse parentis.

Quinto. D. Augustinus in quaestionibus Evangel. lib. 2. quaest. 33. sic ait: Non addit, quod in illa meditatione dixerat. Fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Cum enim panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat; quod post osculum patris generosissime iam dedignatur. Cum adolescens inter porcorum siliquis degeret, viles, ac sordidas reuoluit mente cogitationes, optat fieri mercenarius seruus. At cum ad patrem venit, illiusque gratia, osculo, ac amplexu ad filij dignitatem restituitur, promptè vile mercenarium officium deponit, & generosos reseruit spiritus, vt ad alta euehatur, ad mensamque patris sedeat; cum ipse se a patre repulsum existimaret, humile mercenarium exambit officium; at verò cum se a patre gratia, fauore, ac honore nobilitatum animaduertit generose alta sapit, & querit. Ac si ipsa sublimitas dignitatis filij, in quam se videt restitutum, generosos ad virtutem, ac meritum intulit animos. Quod eleganter dixerit Cassiodorus lib. 3. variarum epistol. 10. Crescit, ait, in illo meritum, cuius manus datur officium. Non quia fiat homo alter honoribus, sed quia modestior efficitur, a quo conuersionis ordo modestior postulat.

Sexto. Caietanus: Non subiungit, ait, petitionem, quam tertio loco proposuerat, scilicet: Fac me sicut vnum de mercenariis tuis: quia non est in eodem statu nunc, in quo erat, quando proposuit hoc petere. Nam tunc fame urgente anhelabat panem: nunc autem amplexus, & osculatus a patre accurrens ad ipsum, tanquam absorptus a paterna benignitate, tanquam iaciens se totum in paternam gratiam, nihil petit, sed solum consistitur peccatum, & indignitatem. Prodigus cum fame esset oppressus, ac bene delicta sua agnosceret, vile seruum officium mente concipiebat. At verò ad patrem accedens, cum in ipso gratiam, & benignitatem, supra omne id, quod ipse cogitauerat, inueniret, ab ipsa patris clementia veluti absorptus, ac extasi raptus, nil postulat, sed omnem suum cogitatum in Dominum iactat, cuius tanta est misericordia, ac gratia, vt nostrum desiderium, ac votum longè excedat, ac superet.

Septimò. A patre non postulat fieri mercenarium, vt dixi tom. 3. cap. 35. quaest. 33. num. 232. Quia cum Prodigus reciperetur a patre osculo, ac amplexu, statim odoratus est caeleste conuiuium, quod ei a patre ordinabatur. Adde, vitulum iugatum. Proindeque cum ad mensam filiorum esset sublimatus, statim è mente seruili mercenarium status excidit; panis enim hic panis filiorum est, vt canit Ecclesia. Ait sponsus Canticorum 2. num. 2. Sicut lilium inter spinas, sic anima mea inter filias. Per spinas intelligunt peccatores, ac malos. Origenes homil. 3. ex quatuor. D. Gregorius lib. 1. moralium cap. 1. Theodoritus, Aponius, Philo Carpathius, Anselmus, D. Bernardus serm. 48. Ac si dicat sponsus, sicut candor puritatis est inter spinas, ac peccatores scilicet, ac prauos Christianos, sic mea dilecta est inter filias; quorsum tamen filiae spinis conferuntur? Si enim peccatorum aculei sunt plenae, iam filiarum decorem amiserunt, lenitas iustorum longè abest ab asperitate peccatorum. D. Augustinus in Psalm. 99. Quas dicis spinas, ait, ipsas filias, respondens spinas sunt propter mores suos, filiae propter sacramenta mea. Ipsi quidem propter delicta sua spinas sunt, virtute tamen sacramentorum Baptismi, Poenitentiae, ac Communionis corporis, ac sanguinis Christi, dilectissimi filij

Sylueira in Euang. Tom. IV.

V V 3 Luc. 15.

128. Prodigus solum patrem quaerebat, caetera ei vile secebat.

129. Osec. 2. Anima abhærens Deo, omnium aliorum obliuiscitur.

procreantur, ac hæredes caelestis patriæ constituuntur.

Osec. 2. Non proponit Prodigus totam orationem suam de mercenario, sicut apud se statuerat, tanta patris indulgentia sic excreuit amor in filio, vt nihil aliud quaesierit, ac affectauerit, nisi tantum gratiam patris, quem super omnia intendebat, ita vt illius comparatione omnia alia patri, faceret, ac è memoria exciderent; de eoque ait Chrysologus serm. 4. Illi sufficit pater. In quo sunt omnia, cuius possessione omnia possessa habentur. Omnia per ipsum facta sunt, Ioan. 1. n. 3. Quarticus Abbas serm. de omnibus Sanctis: An non possideat omnia, qui possident continentem, & disponentem omnia?

Cum Israel a Deo recederet, ac se cultui idolorum traderet, de illo pernuntiat per Osecam cap. 2. num. 7. Et sequetur amatores suos. Et non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem. Mundialibus cupiditatibus se se ingurgitauit, eorum tamen tyrannide vexatus Israel ad Deum, ac verum suum sponsum vult reuerti. Et ait ibidem num. 16. Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me vir meus, & non vocabit me ultra Baalim. Et auferam nomen Baalim de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. Quid est, quod apud mundiales amatores sui prioris, ac antiqui sponsum recordatur, vt vadam, & reuertar ad virum meum priorem. Modo verò, in die illa. Postquam eum inuenit, ac iam tenet, sic ei adheret, ac eius praesentia delectatur, ac absorbetur, vt mundialium nomina non solum ore non praenuntiet, sed etiam è memoria sua excludat. Rationem insinuat text. Vocabit me vir meus. Postquam enim Israel ad verum suum sponsum, Deum scilicet, reuersus est, eique vnitus, ac conglutinatus existit, sic eius amore tantum delectatur, vt caetera omnia contemnat, illaque, ac eorum nomina penitus obliuiscatur, & non recordabitur ultra nominis eorum. Vno tantum Deo contentus, in quo omnia habet. Theophylactus ibi: Quomodo verò, ait, ea nomina exemit, abstulit ve? Nimium cum sol iustitia Christus effulsit ei. Ex quo tefulsit Christus in anima, caetera omnia in obliuionem abierunt.

Raab excipiens exploratores Israelitarum, cumque videret, quod eos inquirebant habitatores Iericho. Tollens mulier viros, abscondit, Iosue 2. num. 4. In Hebraeo habetur: Tollens mulier viros, abscondit eum. Mulier tulit viros, vt absconderet, quomodo dicitur, abscondit eum, cum potius dicendum esset, abscondit eos? De quo multa dicunt Abulens, ibidem quaest. 27. & sapientissimus Mag. Emmanuel Naxera. Vt quaestionem soluam, aduerte ex D. Paulo ad Hebr. 11. num. 32. Fide Raab meretrix non perit cum incredulis, excipiens exploratores in pace. Ex auditis Dei magnaliis erga populum suum Israellem, magna fide mulier rapiebatur in ipsum Deum, vt in exploratoribus illum attenderet, ac aspiiceret, sicque exploratores receperat, ac absconderat, ac si reciperet, & absconderet ipsum Deum, cuius illi erant ministri; tanta fide mulier ferebatur in Deum, vt non homines, ac exploratores curaret, sed solum ipsum Deum, sicque eos hospitio exceperat, vt non illos attenderet, sed Deum, cuius illi erant famuli, ac proinde dum vellet obsequium dare Deo, dabat & eius famulis.

130. Iosue 2.

Abulens. Naxera.

Hebr. 11.

Non homines, sed Deum inq. tendebat Raab.